

**O** AD exigendum intra annum utilem, v. 6. quadruplum eius, quod reus accepit, i. h. cui regulariter etiam res accepta inest. §. 1. nisi tertius dederit, ne mihi injuria fiat, tum enim illi datur condictio, mihi quoque actio in quadruplum. 7. pr. & §. 1. h.

post annum datur in simplum. d. L. 1. pr. h.

**Ln** **SS** **HODIE** hanc actionem hanc calumniam civiliter non vindicari tradit *Grænev. b. t. Gudelin l. 3. c. 13. p. 126. CONCURRUNT* cum ea Criminalia remedia, L. p. h. *Wesemb. h. Schneidevvin. ad d. §. 25. 1. de act.* Condictio ob turpem causam, secundum tamen supradictam limitationem. Et hæc non tollit illam in totum, illa verò hanc. §. §. 1. arg. L. 7. §. 1. commodat. L. 34. §. 2. L. 41. §. 1. de O & A.

#### IV. I. DE IN INTEGRUM RESTITUTIONE.

**D** **RESTITUTIO** in integrum in genere est reductio in pristinum statum.

**†** Estque **GRATIÆ**, quæ fit indulgentia principis. L. 1. §. 10. de postul. L. 1. L. 4. f. C. de sent. pass. vel **JUSTITIÆ**, quæ fit à magistratu, officio jurisdictionis. 4. L. 1. §. 10. de postul. *Carpz. p. 1. decis. 76. num. 9. & 10.* Hæc iterum est **CIVILIS**, de qua in L. 2. C. de resc. V. L. 3. 1. de Jurej. L. 33. de re judicat. vel **PRÆTORIA**, de qua hic: quæ est auxilium prætoris extraordinarium, quo magistratus ex justa causa imploratus, sine culpa sua læsos, in pristinum statum re-ducit. L. 16. pr. de minor. Cum ordinariis regulariter non concurrat, d. L. 16. nisi sit pinguius. arg. L. 3. §. 1. Naut. *Caup. stabul. Bach. ad Tr. V. 1. D. II. th. 1. lit. a. Fr. h. num. 8.* vel ordinarium minori contra tertium competat. L. 3. C. si tut. l. curat. *Carpz. p. 2. c. II. th. 34.* vel incertum sit, utrum competat, tum enim subalternativè peti potest. c. 8. x. h. *Schurf. cont. 3. conf. 64.*

**C** **INTRODUCTUM** à Prætoribus, i. h. **CONCEDITUR**, à magistratu majori, & mandatum iure eius, L. ult. C. ubi & apud quem cogn. in integr. rest. sed non à municipali L. 26. ad municip. vel iudicibus pedaneis, aut arbitris compromissariis. d. L. f. *Bach. ad Tr. V. 1. D. II. th. 1. lit. c.* Hodie omnes restituant, qui habent jurisdictionem civilem, *Giph. ad d. L. f.* etiam contra propriam & antecessorum sententiam, L. 42. l. 16. §. f. de minor. sed non contra superioris decretum, L. 18. eodem 1. C. ubi & apud quem. modò causa illorum jurisdictioni sit subjecta, idque vel ratione domicilii rei, arg. L. 2. C. ubi in rem act. vel in rescissoria & metus causa actione, ratione rei sitæ, arg. L. f. C. ubi in rem act. *Fr. h. n. 32.* sed non ratione contractus. *vid. Bach. in comm. h l. C. ubi & apud quem p. 963.*

**OB CAUSAM** metus, doli, ætatis, absentia aliive iusti impedimenti, status mutationis, alienationis iudicii mutandi causa, & interdum erroris. 1. 2. *Hahn. b. n. 1.* Absque causæ cognitione nunquam conceditur. 3. 7. pr. §. 1. h. *Carpz. p. 1. c. 26. def. 23.*